

Semper maesta tua carmina morte tegam,
 Qualia sub densis ramorum concinit umbris
 Daulias, absumptei fata gemens Itylei.
 Sed tamen in tantis maeroribus, Ortale, mitto
 Haec expressa tibi carmina Battiadae,
 Ne tua dicta vagis nequicquam credita ventis
 Effluxisse meo forte putes animo.
 Ut missum sponsi furtivo munere malum
 Procurrit casto virginis e gremio,
 Quod miserae oblitae molli sub veste locatum,
 Dum adventu matris prosilit, excutitur:
 Atque illud prono praeceps agitur decursu,
 Huic manat tristi conscius ore rubor.

Por tu muerte se truecan mis canciones,
 Como esas que, á la sombra de las ramas,
 De Itis llorando el hado inexorable,
 Triste entonara el pájaro de Daunia.
 No obstante, de Callmaco estos versos
 Para ti escritos mi amistad te manda,
 Que no se han escapado de mi mente
 Ni di á los vagos vientos tus palabras
 Como del seno casto de la virgen,
 Un dón furtivo de su amor, se escapa
 La manzana olvidada en el vestido
 Cuando resuelta hacia su madre avanza
 Y rueda por el suelo al tiempo mismo
 Que la vergüenza de su rostro mana.



CARMEN LXVI

DE COMA BERENICES



Omnia qui magni dispexit lumina mundi,
 Qui stellarum ortus comperit atque obitus,
 Flammeus ut rapidi solis nitor obscuretur,
 Ut cedant certis sidera temporibus,
 Ut Triviam furtim sub Latmia saxa relegans
 Dulcis amor guro devocet aereo,
 Idem me ille Conon caelesti numine vidit
 E Beroniceo vertice cesariem
 Fulgentem clare, quam multis illa dearum
 Levia protendens brachia pollicita est,
 Qua rex tempestate novo auctus hymenaeo
 Vastatum finis iverat Assyrios,
 Dulcia nocturnae portans vestigia rixae,
 Quam de virgineis gesserat exuviis.



ODA LXVI

LA CABELLERA DE BERENICE



Quien todas las estrellas vió del cielo
 Y supo conocer su orto y su ocaso,
 Cómo del Sol el brillo se obscurece,
 La época del eclipse de los astros,
 Y cómo apartó Amor del cielo á Diana
 Y entre las rocas la ocultó de Latmos,
 Conon, miróme á mí, la Cabellera
 De Berenice, en el zafir brillando,
 Después de que á los dioses ofrecióme,
 La reina alzando sus hermosos brazos,
 Cuando dejara el rey su nupcial lecho,
 Dulces vestigios sobre sí llevando
 De los despojos de su esposa virgen,
 Para ir de Asiria á conquistar los campos.

Estne novis nuptis odio Venus? ane parentum
 Frustrantur falsis gaudia lacrimulis.
 Ubertim thalami quas intra limina fundunt?
 Non, ita me divi, vera gemunt, iverint:
 Id mea me multis docuit regina querellis
 Invisente novo praelia torva viro.
 Et tu non orbem luxti deserta cubile,
 Sed fratris cari flebile discidium?
 Cum penitus maestas exedit cura medullas!
 Ut tibi tunc toto pectore sollicitae
 Sensibus ereptis mens excidit! at te ego certe
 Cognoram a parva virgine magnanimam.
 Anne bonum oblita es facinus, quo regium adeptas
 Coniugium, quod non fortior ausit alis?
 Sed tum maesta virum mittens quae verba locuta es!
 Iuppiter, ut tristi lumina saepe manu!
 Quis te mutavit tantus deus? an quod amantes
 Non longe a caro corpore abesse volunt?
 Atque ibi me cunctis pro dulci coniuge divis
 Non sine taurino sanguine pollicita es,
 Si reditum tetulisset. Is haut in tempore longo
 Captam Asiam Aegypti finibus addiderat.
 Quis ego pro factis caelesti reddita coetu
 Pristina vota novo munere dissolve.
 Invita, o regina, tuo de vertice cessi,
 Invita: adiuro teque tuumque caput,
 Digna ferat quod siquis inaniter adiuravit:
 Sed qui se ferro postulet esse parem?

¿Venus, tú inspiras odio á los esposos?
 ¿No de los padres frustra, el llanto falso
 Que en el tálamo vierten, la alegría?
 No es cierto, ¡oh! dioses, lo sabéis, su llanto,
 Mi reina en su aflicción esto enseñóme
 Su esposo al ver las guerras afrontando,
 Pues no lloró por su desierto lecho,
 Sino la ausencia del esposo caro.
 ¡Cómo el dolor devora tus entrañas!
 ¡Cuán te enloquece el sufrimiento amargo!
 ¿Magnánima, no obstante, cuando niña
 No hube yo á ti de conocerte acaso?
 ¿Ya olvidaste la acción que otros no osaran
 Que un regio matrimonio á ti te ha dado?
 ¡Mas tu esposo al dejar, cuánto sufriste!
 ¡Cuán frecuente enjugó tu mano el llanto!
 ¿Qué dios mudarte pudo? mas, qué amantes
 Quieren lejos estar y separados?
 Tú á los dioses entonces me ofreciste,
 Por tu esposo, tus hostias inmolando,
 Para que él, tras reunir Asia al Egipto,
 Tornara vencedor en breve plazo,
 Y así para cumplir antiguos votos
 Como ofrenda fui puesta entre los astros.
 Yo, ¡oh reina! á mi pesar, dejé tu frente
 (Muérame yo si lo jurara en vano);
 Pues por ti y tu cabeza te lo juro.
 Mas, ¿quién al hierro resistiera osado?

Ille quoque eversus mons est, quem maximum in oris
 Progenies Thiae clara supervehitur,
 Cum Medi peperere novum mare, cumque iuventus
 Per medium classi barbara navit Athon.
 Quid facient crines, cum ferro talia cedant?
 Iuppiter, ut Chalybum omne genus pereat,
 Et qui principio sub terra quaerere venas
 Institit ac ferri stringere duritiem!
 Abiunctae paulo ante comae mea fata sorores
 Lugebant, cum se Memnonis Aethiopis
 Unigena impellens nutantibus aera pennis
 Obtulit Arsinoes Locridos ales equos,
 Isque per aetherias me tollens abvolat umbras
 Et Veneris casto collocat in gremio.
 Ipsa suum Zephyritis eo famulum legarat,
 Graia Canopieis incola litoribus.
 Hic iuveni Ismario ne solum in limine caeli
 Ex Ariadneis aurea temporibus
 Fixa corona foret, sed nos quoque fulgeremus
 Devotae flavi verticis exuviae,
 Uvidulum a fluctu cedentem ad templa deum me
 Sidus in antiquis diva novum posuit:
 Virginis et saevi contingens namque leonis
 Lumina, Callisto iuxta Lycaoniam,
 Vektor in occasum, tardum dux ante Booten,
 Qui vix sero alto mergitur Oceano.
 Sed quanquam me nocte premunt vestigia divum,
 Lux autem canae Tethyi restituit,

¿No abriera el hierro la montaña excelsa
 Que los hijos de Thia franquearon
 Cuando hicieron los Medos un mar nuevo
 Y navegaron al través del Athos?
 Si un monte al hierro cede, yo, ¿qué hiciera?
 ¡Que perezcan los Cálibes osados
 Que en las entrañas de la tierra, el hierro
 Para vencer obstáculos buscaron!
 Lamentaban mi suerte mis hermanos
 Cuando de Arsinoé el corcel alado,
 Con sus alas los aires impeliendo,
 Á mi se presentó, tomome y raudo
 Se echó á volar por las etéreas sombras
 Y de Venus ¡levome al seno casto.
 La misma Zefiritis despachara,
 Á las playas Canopias á su fámulo,
 Para que no de Ariadna la corona
 Sola en el cielo azul fijara Baco,
 Sino que yo, despojo de tus sienes,
 También resplandeciera entre los astros,
 Sentándome en el templo de los dioses,
 Húmeda todavía con tu llanto,
 Contigua, á las estrellas de la Virgen,
 Junto al León y de Calisto al lado,
 Y guiando al Boyero que tardó
 Húndese á su pesar en el Océano.
 Aunque en la noche síguenme los dioses
 Y Tetis en el día me abre paso,

(Pace tua fari hic liceat, Ramnusia virgo,
 Namque ego non ullo vera timore tegam,
 Nec si me infestis discerpent sidera dictis,
 Condita quin veri pectoris evoluam):
 Non his tam laetor rebus, quam me afore semper,
 Afore me a dominae vertice discrucior,
 Quicum ego, dum virgo quondam fuit, omnibus expers
 Unguentis, una milia multa bibi.
 Nunc vos, optato quas iunxit lumine taeda,
 Non post unanimis corpora coniugibus
 Tradite nudantes reiecta veste papillas,
 Quin iocunda mihi munera libet onyx,
 Vester onyx, casto petitis quae iura cubili.
 Sed quae se impuro dedit adulterio,
 Illius a mala dona levis bibat irrita pulvis:
 Namque ego ab indigneis praemia nulla peto.
 Sed magis, o nuptae, semper concordia vostras
 Semper amor sedes incolat assiduus.
 Tu vero, regina, tuens cum sidera divam
 Placabis festis luminibus Venerem,
 Sanguinis expertem non iusseris esse tuum, me,
 Sed potius largis affice muneribus.
 Sidera corruerent utinam, coma regia fiam,
 Proximus Hydrochoi fulgeret Oarion!

(Tú permíteme, ¡oh Virgen de Ramnusia!
 No oculte la verdad por temor vano;
 Porque yo he de decir cuanto yo siento,
 Aunque injúrienme á mí todos los astros).
 Más me duele estar lejos de mi dueña
 Que me alegra habitar en los espacios,
 Que, aunque virgen de unguentos me privaste,
 Miles á mí después dióme tu mano.
 Vosotras, desposadas, vuestros cuerpos
 No deis jamás á nuestro esposo amado,
 Ni el seno desnudéis, suelta la veste,
 Sin darme los perfumes que reclamo,
 Si casto ansiáis por conservar el lecho;
 Mas si mancháis perjuras vuestro tálamo,
 Absorba el polvo vuestros dones todos,
 Que no de indignas los presentes amo.
 ¡Oh reina! cuando á Venus, sacrificios
 Hagas tú, las estrellas contemplando,
 De tus dones y ofrendas no me prives,
 Y antes acude con presentes largos.
 ¡Si los astros cayesen á la tierra,
 Á tu frente tornar pidiese al Hado,
 Aunque ausente del cielo, Orión brillase
 Cada día más próximo al Acuario!



CARMEN LXVIII

AD MANLIUM



Quod mihi fortuna casuque oppressus acerbo
 Conscriptum hoc lacrimis mittis epistolium,
 Naufragum ut eiectum spumantibus aequoris undis
 Sublevem et a mortis limine restituum,
 Quem neque sancta Venus molli requiescere somno
 Desertum in lecto caelibe perpetitur,
 Nec veterum dulci scriptorum carmine Musae
 Oblectant, cum mens anxia pervigilat,
 Id gratum est mihi, me quoniam tibi dicis amicum,



ODA LXVIII

A MANLIO



Que tú me envíes, por la suerte herido,
 Aquesta carta escrita con tus lágrimas,
 Para que, como á un náufrago arrojado
 Por olas espumantes á la playa,
 Del umbral de la muerte yo te arranque
 Y vida nueva restituya á tu alma,
 Hoy que aun del sueño disfrutar te impide
 En tu lecho desierto Venus santa,
 Y ni las Musas deleitarte logran
 En las vigiliás que tu mente pasa,
 Es grato para mí, porque yo veo
 Que mi amigo en tu epístola te llamas

Muneraque et Musarum hinc petis et Veneris:
 Sed tibi ne mea sint ignota incommoda, Malli,
 Neu me odisse putes hospitis officium,
 Accipe, quis merser fortunae fluctibus ipse,
 Ne amplius a misero dona beata petas.
 Tempore quo primum vestis mihi tradita pura est,
 Iucundum cum aetas florida ver ageret,
 Multa satis lusi: non est dea nescia nostri,
 Quae dulcem curis miscet amaritiem:
 Sed totum hoc studium luctu fraterna mihi mors
 Abstulit. O misero frater adempte mihi,
 Tu mea tu moriens fregisti commoda, frater,
 Tecum una tota est nostra sepulta domus,
 Omnia tecum una perierunt gaudia nostra,
 Quae tuus in vita dulcis alebat amor.
 Cuius ego interitu tota de mente fugavi
 Haec studia atque omnis delicias animi.
 Quare, quod scribis Veronae turpe Catullo
 Esse, quod hic quisquis de meliore nota
 Frigida deserto tepefacit membra cubili,
 Id, Malli, non est turpe, magis miserum est.
 Ignosces igitur, si, quae mihi luctus ademit,
 Haec tibi non tribuo munera, cum nequeo.
 Nam, quod scriptorum non magna est copia apud me,
 Hoc fit, quod Romae vivimus: illa domus,
 Illa mihi sedes, illic mea carpitur aetas:
 Huc una ex multis capsula me sequitur.

Y que á mi los presentes tú me pides,
 Que las Musas y Venus no te mandan.
 Mas tú, Manlio, ignorar mi mal no debes
 Ni pensar que á un deber yo me substraiga,
 Y esos dones á un misero no pidas
 Que hunde la suerte bajo su onda amarga.
 Cuando yo revestí la blanca toga
 Y de florida juventud gozaba,
 Versos hice y la diosa conocióme
 Que mezcla miel á la desdicha humana.
 Mas mi hermano al morir privóme aun de esto.
 ¡Misero hermano arrebatado á mi alma!
 Tú acabaste al morir mis alegrías,
 Sepultóse contigo nuestra casa
 Y contigo las dichas perecieron
 Que en vida tu amor dulce alimentaba;
 Yo abandoné por ti la poesía
 Del ánimo delicia siempre grata.
 Mas tú escribes que es torpe que Catulo
 Esté en Verona, en tanto que en su cama
 Alguien sus miembros fríos se calienta,
 Y ésta, torpeza no es, sino desgracia.
 Perdona no te envíe los presentes
 Que preparar mi luto me vedara,
 Pues son pocos los libros que aquí traje,
 Porque en Roma es do tengo yo mi casa,
 Y allí es donde mi vida se desliza.
 Sólo tengo de libros una caja.

Quod cum ita sit, nolim statuas nos mente maligna
 Id facere aut animo non satis ingenuo,
 Quod tibi non utriusque petenti copia posta est:
 Ultro ego deferrem, copia siqua foret.
 Non possum reticere, deae, qua me Allius in re
 Iuverit aut quantis iuverit officiis:
 Nec fugiens saeculis obliuiscens aetas
 Illius hoc caeca nocte tegat studium:
 Sed dicam vobis, vos porro dicite multis
 Milibus et facite haec carta loquatur anus.

LXVIII.—2.^a

Notescatque magis mortuus atque magis,
 Nec tenuem texens sublimis aranea telam
 In deserto Alli nomine opus faciat.
 Nam, mihi quam dederit duplex Amathunsia curam,
 Scitis, et in quo me corruerit genere.
 Cum tantum arderem quantum Trinacria rupes
 Lymphaque in Oetaeis Malia Thermopylis,
 Maesta neque assiduo tabescere pupula fletu
 Cessaret tristisque imbre madere genae.

No me acuses de ingrato ó poco ingenuo
 Si no te puedo hacer lo que demandas;
 Yo ambas cosas, ¡oh Manlio! te enviaria
 Si acaso las tuviese en abundancia.
 Yo no puedo callar, ¡Musas! lo que Alío
 Hizo por mí, ni lo que á él yo debo.
 Su obra en la noche obscura del olvido
 No ha de arrojar al deslizarse el tiempo.
 Yo os lo diré; vosotras, proclamadlo,
 Y haced que este papel siempre hable de ello.

LXVIII.—2.^a

Que muerto se haga más y más notable,
 Y que en lo alto la araña entretejiendo
 Su finísima tela, de Alío el nombre
 Jamás pueda llegar á obscurecerlo.
 Vosotras sabéis, Musas, cuánto Venus
 Torturóme abrasándome en su fuego;
 Como la linfa Malia en las Termópilas,
 Como roca del Etna ardió mi pecho;
 Mis mejillas por siempre inundó el llanto,
 Mis ojos de llorar se consumieron.

Qualis in aerei perlucens vertice montis
 Rivus muscoso prosilit e lapide,
 Qui cum de prona praeceps est valle volutus,
 Per medium densi transit iter populi,
 Dulce viatori lasso in sudore levamen,
 Cum gravis exustos aestus hiulcat agros:
 Hic, velut in nigro iactatis turbine nautis
 Lenius aspirans aura secunda venit
 Iam prece Pollucis, iam Castoris implorata,
 Tale fuit nobis Mallius auxilium.
 Is clusum lato patefecit limite campum,
 Isque domun nobis isque dedit dominam,
 Ad quam communes exerceremus amores.
 Quo mea se molli candida diva pede
 Intulit et trito fulgentem in limine plantam
 Innixsa arguta constituit solea.
 Coniugis ut quondam flagrans advenit amore
 Protesilaeam Laudamia domum
 Inceptam frustra, nondum cum sanguine sacro
 Hostia caelestis pacificasset heros.
 Nil mihi tam valde placeat, Ramnusia virgo,
 Quod temere invitis suscipiatur heris.
 Quam ieiuna pium desideret ara cruorem,
 Docta est amisso Laudamia viro,
 Coniugis ante coacta novi dimittere collum,
 Quam veniens una atque altera rursus hiems
 Noctibus in longis avidum saturasset amorem,
 Posset ut abrupto vivere coniugio,

Lo que es para el viajero fatigado,
 Cuando entreabre el calor los campos secos,
 El claro arroyo que entre rocas salta
 En la cumbre al nacer de monte excelso
 Y que se precipita al hondo valle
 Y después se abre paso entre los pueblos;
 Lo que es de aura feliz el sople blando
 Para el nauta azotado por los vientos,
 Que ya á Cástor y á Pólux implorara,
 Eso Alio para mí fuera en mis duelos.
 Él de mi campo el límite extendiera,
 Yo á él mi amada y la mansión le debo
 Do los dos mutuamente nos amamos,
 Á do mi diosa fué con pie ligero,
 Y cuyo umbral con planta refulgente
 Y sonora sandalia, hollara un tiempo.
 Así al hogar del gran Protesilao
 Llegó Laodamia en dulce amor ardiendo,
 Antes de que él su víctima ofreciese
 Para los dioses aplacar del cielo.
 Sin tener á los dioses favorables,
 Yo nada, ¡oh Virgen de Ramnusia! quiero;
 Que hartó supo Laodamia cuánto el ara
 Ansió obtener el sacrificio cruento,
 Al perder á su esposo, cuando apenas
 Ella enlazado hablase á su cuello
 Y antes que su amor ávido calmase
 En las noches de amor de dos inviernos.

Quod scibant Parcae non longo tempore abisse,
 Si miles muros isset ad Iliacos:
 Nam tum Helenae raptu primores Argivorum
 Coeperat ad sese Troia ciere viros,
 Troia (nefas) commune sepulcrum Asiae Europaeque,
 Troia virum et virtutum omnium acerba cinis,
 Qualiter id nostro letum miserabili fratri
 Attulit. Ei misero frater adempte mihi,
 Ei misero fratri iucundum lumen ademptum,
 Tecum una tota est nostra sepulta domus,
 Omnia tecum una perierunt gaudia nostra,
 Quae tuus in vita dulcis alebat amor.
 Quem nunc tam longe non inter nota sepulcra
 Nec prope cognatos compositum cineris,
 Sed Troia obscena, Troia infelice sepultum
 Detinet extremo terra aliena solo.
 Ad quam tum properans fertur simul undique pubes
 Graeca penetrans deservisse focos,
 Ne Paris abducta gavisus libera moecha
 Otia pacato degeret in thalamo.
 Quo tibi tum casu, pulcerrima Laudamia,
 Ereptum est vita dulcius atque anima
 Coniugium: tanto te absorbens vertice amoris
 Aestus in abruptum detulerat barathrum,
 Quale ferunt Grai Pheneum prope Cylleneum
 Siccari emulsa pingue palude solum,
 Quod quondam caesis montis fodisse medullis
 Audit falsiparens Amphitryoniades,
 Tempore quo certa Stymphalia monstra sagitta
 Perculit imperio deterioris heri,

Su suerte ya las Parcas conocían
 Si á Ilión iba á luchar como un guerrero;
 Porque ya Troya había provocado
 Con el rapto de Helena al mundo griego.
 ¡Troya, tumba común de Europa y Asia,
 De la virtud y de varones buenos,
 Tú á mi hermano también diste la muerte!
 ¡Oh hermano arrebatado á mis afectos
 Y á la luz de la vida arrebatado,
 Contigo sepultóse el hogar nuestro;
 Las dichas que tu amor alimentaba,
 Al morir tú, contigo perecieron;
 Y hoy yaces, no entre tumbas conocidas,
 De las cenizas de tus padres lejos,
 Y la tierra extranjera te retiene
 De Troya infame en el obscuro suelo!
 La griega juventud marchóse á Troya
 De todos los lugares acudiendo,
 Para que alegre Paris no gozara
 De su conquista en su tranquilo lecho;
 Y á ti, ¡oh Laodamia! entonces á un esposo
 Te arrebataron, más que tu alma tierno,
 Hundiéndote el amor en hondo abismo,
 Más hondo que el que cerca de Cileno
 Absorbe el agua del pantano pingüe,
 Y que abrió el de Anfitríón hijo supuesto,
 Cuando mató á los monstruos de Estinfalo
 Los mandatos cumpliendo de Euristeo,

Pluribus ut caeli tereretur ianua divis,
 Hebe nec longa virginitate foret.
 Sed tuus altus amor barathro fuit altior illo,
 Qui dominum domitum ferre iugum docuit.
 Nam neque tam carum confecto aetate parenti
 Una caput seri nata nepotis alit,
 Qui, cum divitiis vix tandem inventus avitis
 Nomen testatas intulit in tabulas,
 Impia derisi gentilis gaudia tollens,
 Suscitata cano volturnum capiti:
 Nec tantum niveo gavisa est ulla columbo
 Compar, quae multo dicitur improbius
 Oscula mordenti semper decerpere rostro;
 Quanquam praecipue multivola est mulier.
 Sed tu horum magnos vicisti sola furores,
 Ut semel es flavo conciliata viro.
 Aut nihil aut paulo cui tum concedere digna,
 Lux mea se nostrum contulit in gremium,
 Quam circumcursans hinc illinc saepe Cupido
 Fulgebat crocina candidus in tunica.
 Quae tamen etsi uno non est contenta Catullo,
 Rara verecundae furta feremus herae,
 Ne nimium simus stultorum more molesti.
 Saepe etiam Iuno, maxima caelicolum,
 Coniugis in culpa flagrantem contudit iram,
 Noscens omnivoli plurima furta Iovis.
 At, quia nec divis homines componier aequum est,
 Ingratum tremuli tolle parentis onus.

Por lo cual como un dios entró al Olimpo
 Y Hebe virgen no fuera por más tiempo.
 Tu amor más que ese abismo fué profundo
 Y él te enseñó á llevar un yugo nuevo.
 Menos caro es á un padre, que es ya anciano,
 El que su hija le ofrece, tardo nieto,
 Para heredero ser de sus riquezas,
 Y que al inscrito ser en testamento
 Burla de los parientes la alegría,
 Y aleja á tales buitres de su techo;
 Y es menos caro á la paloma amante
 El amor de su niveo compañero,
 Con todo y que prodiga más caricias
 Que las que ofrece una mujer de fuego.
 Mas tú sobrepujaste esos amores
 Cuando te uniste con tu blando dueño.
 Así yo vi á mi luz enamorada,
 Al arrojarse en nuestro amante seno,
 Cuando volaba á su alrededor Cupido,
 Áureo brillo su túnica esparciendo.
 Si hoy con mi solo amor no se contenta,
 Sus infidelidades soportemos;
 No quiero como un necio odioso hacerme:
 Juno, es verdad, la diosa de los cielos
 Se irritó por las culpas de su esposo,
 Las hazañas de Jove conociendo;
 Mas no el hombre á los dioses se compara
 Ni es bueno regañar como un abuelo.

Nec tamen illa mihi dextra deducta paterna
 Flagrantem Assyrio venit odore domum,
 Sed furtiva dedit mira munuscula nocte,
 Ipsius ex ipso dempta viri gremio.
 Quare illud satis est, si nobis is datur unis,
 Quem lapide illa diem candidiore notat.
 Hoc tibi, quod potui, confectum carmine munus
 Pro multis, Alli, redditur officiis,
 Ne vestrum scabra tangat rubigine nomen
 Haec atque illa dies atque alia atque alia.
 Huc addent divi quam plurima, quae Themis olim
 Antiquis solita est munera ferre piis.
 Seitis felices et tu simul et tua vita,
 Et domus ipsa in qua lusimus et domina,
 Et qui principio nobis rem condidit Anser,
 A quo sunt primo omnia nata bona.
 Et longe ante omnes mihi quae me carior ipso est,
 Lux mea, qua viva vivere dulce mihi est.

Mas no á mi la llevó paterna diestra,
 Cuando ella vino á mi fragante lecho;
 Que al darme sus caricias, esa noche,
 Abandonara de su esposo el seno,
 Y fué bastante que me diese un día
 Que ella debe marcar con blanco yeso.
 Alio, de tus servicios hoy en cambio
 Acepta cual presente aquestos versos;
 Y que uno y otro día al deslizarse,
 Jamás á manchar llegue el nombre nuestro;
 Y que agreguen los dioses los favores
 Que al hombre, Temis, diera en otro tiempo.
 Feliz sé tú y aquella que es tu vida,
 Y la casa testigo de mis juegos,
 Y aquél á quien le debo el conocerte
 Y causa de mis dichas considero,
 Y que más feliz sea la luz mía
 Á quien grata vivir mi vida debo.



CARMEN LXIX

AD RUFUM



Noli admirari, quare tibi femina nulla,
 Rufe, velit tenerum supposuisse femur,
 Non si illam raræ labefactes munere vestis
 Aut perluciduli deliciis lapidis.
 Laedit te quaedam mala fabula, qua tibi fertur
 Valle sub alarum trux habitare caper.
 Hunc metuunt omnes: neque mirum; nam mala valde est
 Bestia, nec quicum bella puella cubet.
 Quare aut crudelem nasorum interfice pestem,
 Aut admirari desine cur fugiunt.



ODA LXIX

A RUFO



Rufo, ya no te admire que en tu seno
 Mujer alguna reclinarse quiera,
 Con todo y que les das raros vestidos,
 Y transparentes y preciosas piedras.
 Dice un grave rumor, que en tus axilas
 Hediondo chivo por tu mal se alberga,
 Que las niñas le temen y no quieren
 Acostarse, y es justo, con tal bestia;
 Y ó tú matas la peste insoportable,
 Ó dejas de admirar que te huyan ellas.